

2032.

1315 d. 9 Sept.

Lödöse.

Hertigarne ERIK och WALDEMAR uppgöra genom Biskop Carl i Linköping, Birger Person m. fl. ett s. k. häfdaskifte eller fördelning af sina provinser och egendomar på 5 års tid, med särskilda föreskrifter i afseende på slottens bevarande och arfvingarnes rättigheter, i händelse af endera Hertigens död, m. m.

Hadorphs afskr. i fol. pat. Sign. 80. b. pag. 8.*).

Omnibus presentes litteras inspecturis, ERICUS et WALDEMARUS Dei gracia Duces Sueorum, salutem in Domino sempiternam. Noverint vniuersi, quod Anno Domini Millesimo CCC^o. quintodecimo¹⁾, in crastino nativitatis²⁾ beate Virginis apud castrum Lythosie inter fratrem nostrum karissimum Dominum W.³⁾ Ducem et nos fide hinc⁴⁾ inde prestita, taliter extitit placitatum, quod⁵⁾ quicquid nobiles viri dilecti nobis Domini Karolus⁶⁾ Dei gracia Episcopus Lincensis, Byrgerus Pætersson⁷⁾, Philippus Jngivalsson⁸⁾, Kanutus Magnosson⁹⁾, Aruuidus Goztafsson¹⁰⁾, Siggo Halstensson¹¹⁾, Boo Niclisson¹²⁾, Ericus Thuresson¹³⁾, Karl Åelinsson¹⁴⁾, Suno Jonsson¹⁵⁾, Milites, Bryniolphus¹⁶⁾ Prepositus ølandensis, et Jngivaldus Estridasson¹⁷⁾, Armigeri [ø: -ger] super divisione terrarum suarum et nostrarum placitarent, hoc ratum et gratum firmiter¹⁸⁾ teneremus, qui prehabita deliberacione diligent in modum qui sequitur, concordabant, videlicet quod castrum Lithosie¹⁹⁾ novum castrum in Axsawaldh²⁰⁾ cum tota Wesgocia²¹⁾, Dall²²⁾ et Wermland²³⁾, castra Wardberg²⁴⁾, et Hunals²⁵⁾ cum tota Hallandia²⁶⁾ ex ista parte Edræ, castrum Kalmarnie cum terris Møre, Norrobiugh²⁷⁾, Arnbyrdia²⁸⁾, Asbolandia, Fijholm²⁹⁾ et Thiust³⁰⁾, cum ipsarum terrarum singulis perti-

*) Ester originalet, som icke mera finnes. Utom denna, föga omsorgsfullt gjorda afskrift, finnes en annan uti en Samling i Riks-Archivet (Sign. J. 3 eller Ø, p. 132, hvilken, ehuru be häftad med stora fel, äfsven tyckes vara tagen efter originalet. En afskrift i Peringskölds Opus Diplomat. Tom. VI. är tydliggen tagen efter Hadorphs; men de lakuner, som i den sednare förekomma, äro i Peringskölds afskrift med nyare hand utfyllda efter J. 3 eller möjligtvis efter originalet eller en äldre afskrift. Utg. har hemtat de ifyllda, med kursiv stil tryckta, orden ur Peringskölds manuser. De väsendtligaste variationerna, så väl i de båda anförrda afskrifterna (J. 3 och Per.) som i den af Hadorph vid Rimkrönikan, II: p. 8, tryckta upplagan (Tr.) upptagas här nedanföre: ¹⁾ J. 3. 1315. — ²⁾ J. 3. nativitatis *uteglömdt*. — ³⁾ J. 3. Waldemarum. — ⁴⁾ J. 3. hic. — ⁵⁾ J. 3. Quare. — ⁶⁾ J. 3. Carolus. — ⁷⁾ J. 3. Byrgerus petersonn. — ⁸⁾ J. 3. Jngualsonn. Per. Jngivaldsson. — ⁹⁾ J. 3. Canutus Magnusson. Per. Magnusson. — ¹⁰⁾ J. 3. Aruidus Gustafsson. — ¹¹⁾ J. 3. Halstansonn. — ¹²⁾ J. 3. Nielsson. — ¹³⁾ J. 3. Thursonn. Tr. Thurisson. — ¹⁴⁾ J. 3. Carl Aellinesonn. Per. Karl Elinsson. — ¹⁵⁾ J. 3. Joensonn. — ¹⁶⁾ J. 3. Bryniolphus. — ¹⁷⁾ J. 3. Jngualdus Esdresson. — ¹⁸⁾ J. 3. firmiter *uteglömdt*. — ¹⁹⁾ J. 3. Lijthosiæ. Tr. Lithosiæ. — ²⁰⁾ J. 3. Axsawald. Tr. Abbsawaldh. — ²¹⁾ J. 3. Westgothia. — ²²⁾ J. 3. Daal. Per. Dal. Tr. Dahl. — ²³⁾ J. 3. Wermalant. — ²⁴⁾ J. 3. Warberg. — ²⁵⁾ J. 3. Huniles. Tr. Hwnlas. — ²⁶⁾ J. 3. Halandia. — ²⁷⁾ J. 3. Noruedinga. Per. Norrobiugh, *rättadt till* Norruedinge. — ²⁸⁾ J. 3. Arnburdia. — ²⁹⁾ J. 3. Stijholm. Per. Fijholm, *rättadt till* Stigholm. Tr. Syholm (Stegeholm). — ³⁰⁾ J. 3. Thyust. —

nenciis³¹⁾, titulo divisionis dictæ Hefdaskipftæ³²⁾, usque ad quinque annos integros a data presencium numerandos, nobis Ducī Erico et nostris heredibus cedere debeant pacifice et quiete. Dicto vero Domino Ducī W.³³⁾ fratri nostro karissimo et suis heredibus terre infrascripte, scilicet castrum Stokholm³⁴⁾, cum tota *advocacia* eidem castro adiacenti, castra Abohuus³⁵⁾, Tavestahuus³⁶⁾, cum ipsorum singulis terris pertinentibus et adiacentibus simili divisione dicta Hefdaskipfte³⁷⁾, ad quinque annos integros a data presencium numerandos, cedant pacifice et quiete. Pro castro autem Borgholm et tota ølandia, quam tenebit et occupabit ad quinque annos predictus³⁸⁾ idem Dominus Dux W. vel sui heredes. Nos Ericus vel³⁹⁾ nostri heredes redditus infrascriptos in Suecia⁴⁰⁾ superiori similiter ad annos quinque sequentes percipere teneamur et levare, videlicet in Broo octo⁴¹⁾ markland terre, in Sylta⁴²⁾ quatuor markland cum provinciis infrascriptis medietate *silicet* provincie Brohundari illam videlicet partem, in qua Ecclesia situatur, Habohundari excepta villa Siktuniensi⁴³⁾ forensi. Item hos colonos habebit Dominus Dux Ericus in Siktonia⁴⁴⁾ veteri, duo marceland, in Frötunum⁴⁵⁾ duo marceland, in Norgungi⁴⁶⁾ duo marceland, item provinciam Wlderaker, excepta Upsalia nova, item in Klintonum⁴⁷⁾ in⁴⁸⁾ Wigilsby⁴⁹⁾ quatuor marceland cum viginti⁵⁰⁾ solidis terre. Item medietatem provincie Wendill⁵¹⁾, que computatur pro medietate provincie vulgariter *dicta*⁵²⁾ duo fýardungh, et provinciam Hagundi⁵³⁾. Insuper vice versa bona fide promittimus *unus alteri ex*⁵⁴⁾ mera sinceritate et benevolencia quoevere casu contingente contra quancunque personam fideliter astare, et pro viribus adherere, et si uno superstite alium⁵⁵⁾ mori contigerit, superstes heredibus decedentis terras et castra eorum toto posse pro usibus et commodis ipsorum defensare teneatur, et ipsis ut nobiliter maritentur, sicut merito decet cum nobilium Regni consilio previdere, ac ad promotionum⁵⁶⁾ solacia utrisque⁵⁷⁾ nostrum vice versa facienda in premissis omnibus volumus obligari, et castra omnia et singula utriusque nostrum⁵⁸⁾ sibi et nobis pro libitu⁵⁹⁾ sint aperta, nec aliquis advocatus sine assensu utriusque nostrum⁶⁰⁾ in castris nostris aliquibus assumatur, ac assumptus quicunque fuerit, litteras suas apertas statim dabit,

³¹⁾ *J. 3.* prouinciis. — ³²⁾ *J. 3.* Hæfdaskipftæ. — ³³⁾ *J. 3.* Waldemaro. — ³⁴⁾ *Per och Tr.* Stockholm. *J. 3.* Stocholm. — ³⁵⁾ *J. 3.* Abohus. *Per.* Aboohuus. — ³⁶⁾ *J. 3.* Thawestahus. — ³⁷⁾ *J. 3.* Hæfdasckiftæ. — ³⁸⁾ *J. 3.* predictos. — ³⁹⁾ *J. 3.* et. — ⁴⁰⁾ *J. 3.* Suetia. — ⁴¹⁾ *J. 3.* 8. — ⁴²⁾ *J. 3.* Gyltu. *Per.* och *Tr.* Syltu. — ⁴³⁾ *J. 3.* Sigtunensium. *Per.* Sictuniensi. — ⁴⁴⁾ *J. 3.* Sigtuna. *Per.* Sictonia. — ⁴⁵⁾ *J. 3.* och *Tr.* Frötunum. — ⁴⁶⁾ *J. 3.* Norgungs. — ⁴⁷⁾ *J. 3.* clintum. — ⁴⁸⁾ *J. 3.* et. *Per.* in ändradt till et. — ⁴⁹⁾ *J. 3.* Wijgelsby. — ⁵⁰⁾ *J. 3.* 20. — ⁵¹⁾ *J. 3.* Wendell. — ⁵²⁾ *J. 3.* dicta utesluted. — ⁵³⁾ *J. 3.* Hagundij. — ⁵⁴⁾ *J. 3.* et — ⁵⁵⁾ *J. 3.* alio. — ⁵⁶⁾ *J. 3.* promotionem. — ⁵⁷⁾ *J. 3.* vtriusque. — ⁵⁸⁾ *J. 3.* nostrorum. — ⁵⁹⁾ *Tr.* libito. — ⁶⁰⁾ *J. 3.* nostrorum. —

quod mortuo altero nostrum nulli viventi nisi superstiti nomine heredis mortui si affuerit, castrum quodecumque tenuerit, assignabit. Preterea placitatum exstitit et conditum⁶¹⁾, quod neuter nostrum de fructibus quinti anni ex terris premissis, antequam tunc gracia placitandi super⁶²⁾ predictis omnibus finaliter terminandis convenerimus, quicquam percipiet sive levet, et uterque hominibus alterius Clericis et Laycis ex mera dilectione et defensione speciali⁶³⁾, consiliis et auxiliis astare, dirigere et diligere in omnibus teneatur. In quorum omnium evidenciam firmiorem, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Lýthosie Anno et die supradictis.

Enligt den bifogade ritningen har en del af hvardera Hertigens sigill funnits i behåll.

2033.

1315 d. 9 Sept.

Lund.

Ärkebiskop ESGER i Lund upphäfver de domar, som af hans företrädare blifvit fällda emot Upsala domkapitel och personer, tillhörande dess kyrka, samt afstår från allt anspråk på rättegångskostnaders ersättning. (Jfr. N. 1948).

Örnbjelms afskr. Kyrko- o. Klosterbref. I: 680.*).

Omnibus presens scriptum cernentibus ESGERUS miseracione divina Lundensis Archiepiscopus Svethe Primas salutem in omnium salvatore. Gravis et periculosa discordia olim inter nostram Lundensem et Upsalensem ecclesias inimico *hominum* superseminante zizaniam suscitata, tanto nobis propensius displicet et contraria redditur votis nostris, quanto maioribus illa noscitur onusta dispendiis. Nosque pociori desiderio affectamus, ut inter ipsas ecclesias stabilis regnet concordia, sincera pax vigeat, et vera caritas in perpetuum perseveret. Proinde nos in huiusmodi negocio, quod tam specialiter cordi nostro insidit, per vias pacis intendentis, diligencius interponere partes nostras, ut inter has duas ecclesias prenominatas amoveantur jurgia, tollantur discrimina, deleantur injurie et cessent quecunque molestie in futurum, et quod honor Upsalensis ecclesie servetur illesus. Ad tollendum radicibus tocius malicie et controversie fontem, de consilio et consensu dilecti Capituli nostri, sentencias quascunque, si que late sint per predecesores nostros quomodolibet in Capitulum et personas quaslibet ecclesie Upsalensis declaramus irritas et inanes. Petitionem eciam expensarum oc-

⁶¹⁾ J. 3. conductum. Per. conductum, ändrade till conventum. — ⁶²⁾ J. 3. supra. — ⁶³⁾ J. 3. spirituali.

* Enligt Örnbjelms anteckning, "collat. med orig. permebr."